

Cap. LXIII. De eumentibus vinum et pro eo non solventibus et de forensibus prohibitis incanipare vinum.

- 5 **M**onemus et ordinamus quod, si qua persona emerit vinum et non solverit dictum vinum venditori, conponat comuni emptor decem sold. par. pro qualibet urna, si querella ad dominium pervenerit per venditorem, et nichilominus emptores predicti detineantur et compellantur stare in palacio // comunis 156 A per dominium, de quo desendere non possint, nisi prius satisfecerint venditoribus dicti vini. ¶ Et quicumque vendiderit vinum alicui, sibi solvi facere debeat ab emptore infra medium annum post venditionem dicti vini, quod si non fecerit, tunc elapso dicto medio anno, computando a venditione vini, fides detur emptori vini si solverit vel non. ¶ Et hoc etiam intelligatur de quolibet opere domorum terrarum et operarum vindemiarum, ubi instrumenta vel precepta non apparuerint, sed apparentibus instrumentis vel preceptis, tunc presenti statuto non obstante procedatur secundum dicta instrumenta vel precepta, iure statutorum ordine observato, remanente statuto de tabernariis in suo robore et vigore. ¶ Preterea volumus quod nulla persona forensis, que non faceret habitationem continuam in civitate Tergesti ut alii cives fatiunt, sit ausa vel presumat emere vinum Tergesti in vindemiis, causa incanevandi ipsum vinum et vendendi in civitate Tergesti, sub pena quinquaginta 25 libr. par. pro quolibet contrafatiente et vice qualibet contrafacta. ¶ Insuper quicumque vendiderit vinum invassatum ad grossum alicui persone, et dictum vinum infra sex dies non austum fuerit de vasse, venditor dicti vini teneatur facere clavim dicti vini et bullare conconum dicti vassis per iusticiarios comunis bulla iusticiariorum, etiam inrequisito emptore, // et hoc sub pena unius marche denar. pro quolibet vasse. 156 B ¶ Et si emptor voluerit remove botonum in presentia venditoris dicti vini, sine aliqua pena remove possit. ¶ Et si firmatum fuerit et factum aliquod forum alicuius vassis vini 35 invassati in civitate Tergesti inter aliquas personas, incontinenti firmato foro volumus dictum vinum, a venditione in antea,